



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

CLXXIV. Erzbischof Albrecht von Magdeburg gewährt Ablass für die vom
Bürgermeister Fritze erbaute Kapelle bei der Petrikirche in Köln, am 27.
October 1517.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

ist genau übereinstimmend mit der Bestätigung des Kurfürsten Albrecht sub No. CLIII.) Zu vrkundt mit vnserm Marggraf Joachims Churfürstlichem anhangenden Insigel versiegelt vnd geben zu Coln an der Spree am Sontag letare Nach Crist geburd virzenhundert vnd im Newn vnd Newntzigsten Jaren.

Nach dem Original im Berliner Stadt-Archive.

CLXXIV. Erzbischof Albrecht von Magdeburg gewährt Ablass für die vom Bürgermeister Fritzge erbaute Kapelle bei der Petrifirche in Köln, am 27. October 1517.

Albertus Miseratione diuina S. Sancti Chrsifogoni Sacrosancte Roman. Eccles. Presb. Cardinalis Sancte Muguntin. Sedis et Magdeburgenf. Archiepiscopus — Cupientes — ut Capella Beatissime et gloriosissime Virginis Marie sita in Parrochiali Ecclesia Sancti Petri Oppidi Koln prope fluuium Spree Brandeburgenf. diocesis, quam sicut accepimus quondam Michael Frederici dicti oppidi dum viueret Civis a fundamentis fundauit, edificauit ac dotauit, Ad quam dilecta nobis Margaretha relicta eiusdem Michaelis singularem gerit deuotionis affectum, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus iugiter veneretur, ac in suis structuris et edificiis debite reparetur et manuteneatur, Nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis et aliis rebus diuino cultui necessariis decenter muniatur, Et in eadem Capella cultus augeatur diuinus, ac ut Christi fideles ipsi eo libentius deuotionis causa confluant ad eandem et ad premissa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius se conspexerint reflectos, Devotius prefate Margarethe in hac parte supplicationibus inclinati de omnipotentis Dei Misericordia ac Beatorum Petri et Pauli nec non Sanctorum Martini, Mauritii et Stephani patronorum eius auctoritate consilii omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui Capellam predictam in singulis Beate Anne, sancti Christophori, sancti Hieronimi et Exaltationis sancte Crucis ac ipsius Capelle dedicationis festiuitatibus et diebus a primis vesperis usque ad secundas vespervas inclusive devote visitauerint et ad conseruationem, manutentionem aliaque premissa manus porrexerint adiutrices, pro singulis festiuitatibus et diebus quibus id fecerint centum ratione Cardinalatus, Qui uero Capellam predictam in singulis Assumptionis, Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, visitationis, purificationis prefate gloriosissime Virginis Marie, Nec non Beatarum Barbare ac Apollonie Virginum ac martirum festiuitatibus et diebus quibus premissa visitauerint et ut premititur fecerint, Centum et quadraginta dies ordinaria nostra auctoritate de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem presentes litteras fieri et Sigilli nostri appensione communiri. Dat. in arce nostra diui Mauricii oppidi Hall, nostre Magdeburgenf. diocef., Anno Incarnationis Dom. Millesimo quingentesimo decimo septimo, Sexto Kalend. Nouembr. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, Domini Leonis diuina prouidentia pape Dec. Anno Sexto.

Ex Mandato Romani et Sanctissimi Domini Card. et Principis

Tielmannus Kreych.

Heinbed's Petrifirche 66. Kister a. a. D. II, 503.